ex auct. Ellis:
Mf.c. 221-42g (8)
T.II.c.14
3442/B
S.T.C. 14453

Quisquis es qui hunc librum
manibus teres, manum abstine,
et viri magni manes reverere!
Caspari Barthii
hoc fuit exemplar, qui et
iudicium
tituli a
ipso libr
notulas
contem
De iudicio … hod. in
notit. rei litt
Ceterum T… tor,
est





62593

Ecloga Oxonio-Cantabrigienſis,

tributa in Libros duos; quorum

Prior continet

Catalogum confuſum Librorum Manuſcriptorum

in illuſtriſſimis Bibliothecis, duarum florentiſſimarum

Academiarum, Oxoniæ & Cantabrigiæ.

Poſterior,

Catalogum eorundem diſtinctum & diſpoſitum

ſecundum quatuor facultates, obſeruato tam in

nominibus, quam in operibus ipſis,

Alphabetico literarum

ordine.

Oſtenſum eſt præterea in hoc ſecundo Libro, quid

à quoquo viro ſcriptum ſit, quo tempore, ac poſtremò

quot eiuſdem Libri Exemplaria,

quibuſq; in locis habeantur.

Opus non ſolùm Theologis vtile & neceſſarium, verùm

etiam Philologis, Philoſophis, Mathematicis, Grammaticis, Medicinæ Iuriſq; peritis, & omnibus

humanæ Philoſophiæ Myſtis, haud

inutile vel ingratum.

Omnia hæc opera & ſtudio T. I. Noui Collegij

in Alma Academia Oxonienſi Socij, & vtriuſque

Academiæ in Artibus Magiſtri.

Non quæro quod mihi vtile eſt, ſed quod multis.

In hac Collectione nominantur Duo millia et Octingenti omnis aevi ſcriptores, parte maxima nondum editi, nec alibi quam in Anglia extantes.
30 Maio

LONDINI.

Impenſis Geor. Biſhop, & Io. Norton.

1600.

54

REVERENDISSIMIS

in Chriſto Patribus duobus Archiepiſ-

copis, Epiſcopis, & Præſulibus digniſſimis Eccleſiæ Anglicanæ, Tho. Iames ſalutem ex officio, fælicitatem ex animo perpetuam pre-catur.

QVod fœlix fauſtumq; ſit Reipublicæ, Eccleſiæ, vobis & nobis Præſules ac Patres in Chriſto Reuerendiſſimi, prodit in medium ſub auſpicijs nominum veſtrorum, Catalogus librorum veterum; *opus antiquum, & vetus. Aggredior enim poſt veteres* Boſtonum, Lelandum, Balæum, *magnos illos Antiquarios opus hocce*; *aggredior* Ducente Deo. *Rem ſanè arduam & longè imparem viribus meis, quam vt ſuſciperem, mouerũt me rationes multæ, vicerunt duæ, vtilitas rei & neceſſitas operis. Videbam hoc opus vno tempore ſummè laudatum & neglectum ab omnibus: videbam, & tacitus apud me gemebam. Scribunt noſtri, vtiliſſimum fore laborem & operam nonnullorum, partim in edendis, partim in conferendis vetuſtiſſimis codicibus: ſubſcribunt aduerſarij huic ſentẽtiæ; vtinam tam verè & ex animo, quam promptè & ex tempore. Verè enim in Papiſtas recidit quod immeritò nobis obijciunt:* [a] Proprium eſt hæreticorum partus ſupponere, [b] procliue ac familiare mentiri, magni plagiarij, [c] merentur mortem, [d] mendacia pro veritate obtrudunt, [e] non bona fide referunt argumenta Catholicorum, [f] Iudæorum & Turcarum libri, melioris conditionis quam hæreticorum. [g] Decet vt ſint calumnijs ac mendacijs inſtructi, [h] res vtiliſſima eorum mendacia detegere. *Ita* [i] *ſemper id nobis imputant, quod patrauerunt ipſi, mendacijs tam craſſis & inuerecundis, vt impudentiora non putem Hæreſiarcham Primogenitum Sathanæ à Polycarpo dictum fingere potuiſſe. Quæ enim frons, quæ mens illis, qui audent iſta de corruptis ſanctorum Patrum ſententijs, quamuis falſiſſima blaterare? quorum cenſuræ, quaſi* [k] *per gradus, omnia antiquitatis venerandæ ſcripta commaculant? quorum audaciam in deformandis veterum ſcriptis & auctoritatibus, ſpecioſæ antiquæ membranæ vnius aut alterius obducto nomine, vident homines iudicio præditi,*

a Bar. 1. to. Pag. 442.
b Cont. 4. to. 2. pag. 14.
c Bar. 1. to. pag. 441.
d Bell. 1. to. 1. lib. pag 147.
e Bar. 1. to. pag. 442.
f Bell. 1. to. con. 1. pag 492
g Bell. 5. con. 2. to. pag 230.
h Bell. 2. to. con. 1 pag. 6.
i Io. Rainaldus in lib. de Idolol.
k Iunius in præfat. ad Indicem expurgatorium.

videbit

videbit poſteritas atque mirabitur. Corrumpunt recentiorum ſcripta, etiam ſuorum,[l] Stellæ, Feri, Eſpencæi, Genebrardi, *aliorum; infinitus eſſem ſi ſingulos recenſerem, corrumpunt Patres;*[m] Auguſtinum, [n] Cyprianum, [o] Chryſoſtomum, [p] Cyrillum *& cæteros, quorũ nomina indicibus expurgatorijs & cenſuris pluſquã Diabolicis conſignarunt, perfidè, ſceleratè, nefariè, impientiſſimè truncando, deprauando, augendo, minuendo prout ipſorum propoſito cõuenit. Vexant Patres, antiquos, nouos, euerrunt; imo euertunt Scripturam, hiſtoriam vbicunque eis aduerſatur, adulterant & depriment. Neque hæc ſolum in libris impreſſis audent nefaria ſacrilegia committere, ſed conantur eadẽ etiam in libris Manuſcriptis,*[q] ad hos enim quoque purgatio pertinet, *nec purgatio ſolum, ſed ignis; procedunt enim nimis profectò frequenter contra iſtos non purgando ſolum ſed igniendo etiã. Expergiſcimini igitur qui maximè & debetis & poteſtis, præſules Ampliſſimi, & hoc audax facinus Papiſtarum diligenter attẽdite, vniuerſum Theologiæ, hiſtoriæ, & doctrinæ corpus ab iſtis deprauatum reſtituite, ſingulorum iſtorum peruerſitati aduerſis rationibus & modis occurrite. Ego interim laborem huic propoſito ſeruientem capto, nouam materiam adhibeo, animum conuerto ad præſtigias Pontificiorum diſſoluendas, quod meo conſilio id putem commodius & ſtudijs meis congruentius, contra Papiſtarum venena Theologiæ, pacis, boniq; Chriſtiani ſtudioſos muniam, ne eorum potionibus imbuantur, neue prius falſis & fabuloſis corrumpantur, quàm vera ingenuaq; deguſtent.* [r] *Quin ſpero adeo hoc Pontificios in quibus aliquis conſcientiæ igniculus ſupereſt, percuſſurum, vel vt victas manus dent, ſuſcipiantque cum omni auiditate Dei verbum, vel exemplo* Theſſalonicenſium *ſcrutẽtur in ſanctiſſ. maiorum ſcriptis, an hæc ita ſe habeant. Quod ſupereſt etiam atq; etiam rogo vos, Reuerendiſſimi Patres, vt depoſitum ſeruetis, diligenter curetis, ne quod Eccleſia, ne quod opera ſanctorum Patrum, quaſi fidei veſtræ commiſſa detrimentum accipiant.*

Vobis in Chriſto, perpetuò addictiſſimus,

THOMAS IAMES.

[l] Hoc conſtat euidenter ex Indice Gaſp. Quirogæ, Excuſo Madriti; vide alios Indices, Neapol. Rom. Portugall. rem viſam narro.

[m] Auctor libri cuiuſdam probantis Io. 8. fœminam fuiſſe.

[n] Cyprianus corruptus, quater in vno libro pro tuendo papatu: probatur ex Appendice.

[o] In Chryſoſt. in opere Imp. in quibuſdam edit. deleta ſunt verba *niſi tantummodo per Scripturas*, cum alijs, in Expoſit. 24. cap. Mat.

[p] In Cyrillo res manifeſta ex verbis, *in textu deleatur hoc, deleatur illud* in omnibus teſtis eſt Deus & conſcientia, teſtes oculi & membranæ.

[q] Ant. Poſſeuin. lib. 1. Bibl. ſelect. conſule hac de re indicem Portugal.

[r] Verba Genebrardi in præfat. retorta meritiſſimè.

Libri Manuſcripti, extantes in bibliotheca Collegij Noui *Oxoniæ.*

Volumen *Tractatus*

1. Poſtilla *Nicolai de Lyra*, in omnes libros Sacræ Scripturæ vtriuſque inſtrumenti, in 6. tomos diuiſa.

2. Biblia vulgatæ editionis 4. tomis maiuſculis literis exarata.

3. Biblia minoribus figuris, ſcripta manu, ſecundum vulgatam editionem.

4. Gloſſa ordinaria & interlinearis tributa in 14. volumina.

5. Hiſtoria ſcholaſtica vol. duobus, auctore *Petro* communiter dicto *Manducatore.* Petrus Comeſtor

6. Quatuor euangelia Græcè.

7. Liber epiſtolarum *S. Auguſtini*, continens epiſtolas 143. quarum vltima eſt ad *Paulinum* & *Theraſiam.*

8. 1. *Cypriani* epiſtolæ & alia opuſcula.
2. Sermones 35. *Ioan. Chryſoſtomi* latinè in epiſtolam ad Hebræos.
3. Homiliæ quædam eiuſdem in euangelium Mathæi.
4. Liber Sermonum *Leonis Papæ*; ſequunturque quinque vel ſex epiſtolæ, eodem auctore, ſcriptæ ad diuerſos.

9. Epiſtolæ *Hieronymi* 123. quarũ vltima eſt ad *Pammachium* de morte *Pauline.*

10. 1. *Hieronymus* in epiſtolam Pauli ad Philemonem.
2. Ad Galatas.
3. Ad Epheſios: *hîc deſunt nonnulla.*
4. In eodem volumine continetur libellus miſcellaneorum, incerto auctore; qui liber malè acceptus eſt à plagiarijs, neque habet principium, neque finem.

11. *Hieronymus* in Pſalmos.

12. *Hugo de ſancto victore*
1. De Arca Noæ. lib. 4.
2. De forma arcæ.
3. De Sacramentis.
4. De conſcientia.
5. De informatione conuerſationis.
6. De forma & modo orandi.
7. Didaſcalicon libri 6.
8. De lamentationibus Hieremiæ.
9. De conuerſatione clauſtralium, & abuſiuis eorundem.
10. De clauſtro animæ.
11. De inſtitutione nouitiorum.
12. De arra animæ.
13. Dialogus.
14. De oratione.
15. De laude charitatis.
16. Epithalamium & ſermones.

Tract. *Volumen*

1. Liber epiſtolarum *Cypriani.* 13.
2. Sequuntur antiqua diaria Patrum, & appendix de notis & obeliſcis antiquorum.
3. *Hieronymi* expoſitio in ſymbolum Apoſtolorum.
4. *Hieronymi* tract. de fide, & credulitate, & conuerſatione vitæ Chriſtianorum.

Cypriani volumen alterum, in quo habentur hij tractatus. 14.
1. De habitu virginum.
2. Sermo de lapſis.
3. De vnitate Eccleſiæ catholicæ.
4. De oratione dominica.
5. De immortalitate.
6. De opere & eleemoſynis.
7. De bono patientiæ.
8. De zælo & liuore.
9. Liber ad *Demetrianum.*
10. De Origine & generibus idolorum & de vero Deo.
11. Exhortatio ad *Donatum.*
12. Epiſtola ad *Quirinum.*
13. De Sacramento *Chriſti* lib. 2.
14. De diſciplina Chriſtiana.

Biblia Anglicana 2. vol. 15.

Anonymus in Apocalypſin Gallicè cum figuris. 16.

Vol. *Tract.*

17. 1. *Oroſij* lib.7.
2. Secunda pars hiſtoriæ Scholaſticæ.
18. *Gauricius*, forſan *Mauricius* in Iſaiam, Hieremiam & Baruch.
Erat hic de ordine prædicatorum; ſcripſit autem Anno 1249. hoc notandum ex hoc libro.
19. Liber epiſtolarum *Nicolai de Claymangijs*: habes in hoc libro epiſtolas 148.
20. Poſtillæ ſuper 12. Prophetas minores, per *Simonem de Hentona.*
21. Libri quatuor Sophilogij.
22. 1. De cauſa Dei contra *Pelagium*, & de virtute cauſarum, *Thomæ Bradwardini* lib.3.
2. Quæſtiones 88. tractatæ per *Thomam de Buckingham*, nuper Eccleſiæ Exon. Cancellarium.
23. *Anonymus* in Lucam.
24. *Anonymus* in Iob.
25. 1. *Radulphus* in Leuiticum.
2. Paſtoralis cura Gregorij.
3. Lib.4. Dialogorum eiuſdem.
4. Homiliæ in Ezechielem.
5. Homiliæ 40. in Euangelia.
26. *Ambroſius Ansbertus*(ni fallor) in Apocalypſim; *extat nota cuiuſdam ſcioli ex antiquioribus, aſcribentis hunc librum Berengario in principio libri.*
27. Magiſter ſententiarum.
28. Tertia pars ſummæ *Thomæ Aquinatis*, in qua tractantur 96. quæſtiones.
29. Magiſter *Michael Meldenſis* in Pſalmos.
30. 1. Vade mecum fratris *Iohannis Iohannis.*
2. Sermones eiuſdem ad pop. tam dominicales quàm feſtiuales.
31. *Scotus ſiue Duns* in 3. lib. ſententiarum ingens volumen.
32. Poſtilla ſuper Euangelia dominicalia, edita à fratre *Philippo de Ianua*, aliâs de monte Calerio, ordinis fratrum minoris, tunc lectore conuentus ſacri loci Paduæ 1330.
33. *Ægidius* ſuper 1. lib. ſententiarum.

Tract. Vol.

Magiſter Sententiarum ſecunda vice. 34.
Tacuinus de conſeruatione ſanitatis, liber eleganter ſcriptus; cum figuris & circulis aptiſſimis illuſtrans ea quæ dicit. 35.
Liber *Anonymi* de moralitatibus rerum omnium. 36.
1. *Albertus* in Meteora. 37.
2. In lib. de anima.
3. In lib. de ſenſu & ſenſato.
4. In lib. de princip. motus proceſſiui.
5. In lib. de motibus animalium.
1. Iſagoge *Iohannicij.* 38.
2. *Philaretus* de pulſibus.
3. *Theophilus* de vrinis.
4. Tegni *Galeni* cum comment. *Haly.*
5. Aphoriſmi *Hippocratis* cum comment. *Galeni.*
6. Prognoſtica *Hippo.* cum comment. *Galeni.*
7. Regimen acutorum eiuſdem.
8. Verſus *Ægidij* cum comment. *Gilberti.*
1. *Richardus* de pulſibus. 39.
2. De vrinis.
3. Viaticum *Conſtantini.*
4. Liber *Iſaac* de febribus.
1. Compendium *Theophili* de medicinis compoſitis. 40.
2. Tractatus de ſignis complexionis, repletionis, & digeſtionis in pharmacis faciendis.
Caij, Plinij, Secundi, Naturalis hiſtoriæ lib.19. 41.
Libri 7. Colliget Auerrois. 42.
Libri 7. morborum tam vniuerſalium, quàm particularium, editi à magiſtro *Gilberto.* 43.
1. Colliget *Auerrois*, cum epiſtola de theriaca. 44.
2. Libellus *Auicennæ* de viribus cordis, tranſlatus ab *Arnoldo de villa noua.*
3. *Ioannis Damateux*, forſan legendum, *Damaſceni* aphoriſmi, filij *Serapionis*, cum commentario *Iſidori.*
4. *Bentinus* de partibus medicinæ.
1. Vniuerſalia *Heben Meſue.* 45.

2. Antido-

Vol. *Tract.*

2. Antidotarium *Nicolai* cum nouis additionibus.
3. *Serapion* de ſimplici medicina.
4. *Boetius* de conſolatione Philoſophiæ.

46. Tractatus de Logica & Philoſophia, *Anonymo* auctore, per breuis ſed perbonus, in quo traduntur definitiones ac diuiſiones ſecundum literas alphabeti.

47. *Guarinus Veronenſis*
1. De diphthongis, & ſequitur ordinem Alphabeti.
2. De compoſitione vt ſpectat ad elocutionem.
3. De expoſitione verborum.
4. De 99. differentijs.
5. De promiſcuo vſu caſuum.

48. Libri 12. quæſtionum Metaphyſicarum, auctore fratre *Antonio*.

49. Rationale diuinorum officiorum.

50. *Petrus de Fan* ſuper Decreta. Extant operum eius in Iure Canonico volumina tria, benè magna.

51. *Henricus Boihic* ſuper Decretalia 2. vol.

52. *Quæstionarius* ſuper Decretalia 3. vol.

53. *Petrus de Peruſio* ſuper Decretalia.

54. *Henricus Boihic* ſuper Decreta 2. vol.

55. *Innocentius* ſuper Decreta.

56. Nouella *Io. Andreæ* ſuper 6. & regulis Iuris.

57. *Chefilden* ſuper 6. & *Clementinis* vnà cum tractatu *Bartoli* de armis & inſignibus.

58. Diſputationes, quæſtiones, & conſilia *Friderici de Senis*, vnà cum conſilijs & ſumma *Oldradi*.

59. Repertorium *Baldi* ſuper *Innocentium*.

60. *Baldus de Vbaldis de Peruſio*, de generalibus regulis ſtatutorum.

61. Commentarij *Philippi de Pergameno* in *Catonem*, non minus Theologici quàm Philoſophici.

62. Expoſitio in 10. lib. Ethicorum & 8. Politicorum per Magiſtrum *Walterum de Burley*.

63. Liber Græcus cui titulus ὀνομάτων Ἀττικῶν συλλογή, ex *Philoſtrato* (niſi fallor.)

Tract. *Vol.*

1. *Ariſtidis* orationes Græcè; ita ſcriptæ vt nō facile ab omnibus, cum voluptate à nullo legantur. 64.
2. *Philoſtrati* Icones Græcè eodem vol.

Apthonij progymnaſmata Græcè. 65.

1. *Alex. Aphrodiſæus* in lib. de phyſica auſcultatione, Græcè. 66.
2. *Plutarchus* de placitis Philoſophorum, Græcè, ibidem, eodem vol.

Libri de paruis Naturalibus *Ariſtotelis*, Græcè. 67.

Ammonius Græcè in *Porphyrium*, & organum *Ariſtotelis*. 68.

Themiſtius & *Simplicius* Græcè in lib. de anima. 69.

Alexander Aphrodiſæus in *Ariſtotelem* Græcè duobus vol. 70.

Ioan. Grammatici & incerti auctoris opuſcula varia, Græcè. 71.

Io. Philoponus in lib. de Generatione & corruptione, Gr. 72.

Simplicius in *Ariſtotelem* Gr. duobus vol. 73.

Alexander Aphrodiſæus in parua naturalia Græcè. 74.

Quadripartitum *Ptolomæi* cum gloſſa *Haly*. 75.

Euſtratius in Ethica *Ariſtotelis* Gr. 76.

Aſpaſius in Ethica Gr. 77.

Ethica & Politica *Ariſtotelis* Lat. 78.

Almageſtum *Ptolomæi*. 79.

Anonymus de Sacramentis: *forte Pariſienſis eſt auctor huius libri*; bona pars perijt ex hoc libro, iniuria temporum, vel hominum. 80.

Commentarij *Rabani* in Pentateuchum. In hoc libro nota hæc verba in præfat. comment. in Exodum. *In Geneſim Commentarios edidit ipſe per ſe; quæ ſequuntur expoſitiones in quatuor libros Moyſis, proficiſcuntur à Strabo eius diſcipulo, qui Magiſtri ſui dicta fideliter annotauit.* 81. al. Strabo Ful- denſis cujus nom- illa edidit Ca- -niſius

Rich. Randulphus communiter dictus *Armachanus*, ſcripſit librum magnum, 82.

Vol. *Tract.*

qui liber diuiditur in 2.partes. In prima continentur ſermones & poſtillæ, in ſecunda 19.libri quæſtionum.

83. *Rabanus* de naturis rerum.

84. *Thomas de Aquino* in 4. Sententiarum.

85. 1. *Henricus Kalthuſen*, contra 3.articulos *Huſſitarum.*

2. Acta Concilij Baſilienſis.

86. *Thomas Aquinas* in epiſtolas Pauli.

87. 1. Prima ſecundæ *S.Thomæ de Aliquo* (ſic enim ſcriptum inuenio nomen eius in membranis.)

2. Determinatio *Gu.Woodeford* contra hæreſes *Io.Wiclef.*

88. Epiſtolæ *Symmachi* 347.

89. Libri 40. fratris *Thomæ de Aquino.* Principium, *Ad locum vnde exeunt flumina.*

90. 1. *Tho.Walleys* in Iſaiam.

2. Numeros.

3. Deuteron.

4. Ioſuam.

5. Iudices.

6. Ruth.

7. Exodum.

8. Leuit.

91. Secunda pars *Summæ Aquinatis.* Tot ſunt abreuiationes in ſcriptura eius libri, vt diuinare liceat ſenſum, legere ipſum librum non detur.

92. *Lactantius*; liber in bona membrana, bene & eleganter ſcriptus.

93. *Catena Græca* in Iſaiam. Liber chartaceus, ſed parum aut nihil à membranæ bonitate differens.

94. *Origenis* libri contra *Celſum*, Græcè liber itidem chartaceus.

95. Pars aliquota Meneologij Gr.

96. *Catena aurea* in Pſalmos Gr.

97. Libri Maccabæorum Gr.& alia.

98. Diſputatio contra Iconomachos Græcè: *quem librum clariſſ.vir Io.Rainaldus, in Appendice ad lib.de Idolol.Rom. vir magni iudicij itemque nominis apud Theologos Proteſtantes, ſuſpicabatur fuiſſe opus Nicetæ; ſed ex illo tempore in Comitijs Oxonienſibus, Ann.Domini* 1599.*ſublato ipſo libro in concurſu hominum, qui vndequaque confluebant ex omni parte ad videndum Collegia, & viſendum Bibliothecas quas habent eleganter inſtructas, habituri ſunt indies inſtructiores & elegantiores (ſublato (inquam) libro eo tempore per plagiarium (neſcio quem) tollitur etiam ſuſpicio & coniectura illius. Deus nouit plagium, vlciſcatur hominem.*

Tract. Vol.

Nazianzeni opera Grecè, reuerenda 99.
antiquitate.

Liber Græcus incerto auctore, in- 100.
certáq; pœnè materia, niſi quod certò conſtet eum Theologum fuiſſe.

Opera quædam *Baſilij* Gr. 101.

Operum *Ioan.Chryſoſtomi* volumina 102.
12.Gr.

Boetius, vnà cum commentario *Hen-* 103.
rici Maunsfield.

1. *Tullius* de officijs. 104.

2. *Saluſtij* opera eodem vol.

Opera *Goweri* Anglicè. 105.

1. Eclogæ & Bucolica *Petrarchæ.* 106.

2. Fabulæ *Aeſopi* verſibus decantatæ per eundem.

1. *Cicero* de officio & inſtitutione ora- 106.
toris ad Q.fratrem.

2. De Oratore ad Brutum.

3. Partitiones oratoriæ.

Orationes variæ Ciceronis. 107.

Libri 11.epiſtolarum *Petrarchæ.* 108.

Rerum Senilium lib. 11. eodem au- 109.
ctore.

Virgilius. 110.

Bocatius de caſibus illuſtrium viro- 111.
rum lib.9.

Enchiridion *Epicteti*, cum commen- 112.
tario *Simplicij*, Gr.

Polychronicon *Ranulphi Hygden*, 113.
lib. 7.

1. Epitome hiſtoriarum per *Trogum* 114.
Pompeium lib.4.

2. Liber cui tit. Bonum vniuerſale de proprietatibus apum.

Eclogæ *Stobæi* Græcè, liber lectiſſi- 115.
ma membrana, curioſiſſimè ſcriptus.

Hic liber malè acceptus eſt à plagi- 116.
arijs, perierunt varij tract. ſummæ no-

tæ;

tæ; hæc autem opuſcula quæ ſequuntur, euaſerunt (Deo ſic volente) crudeles horum nebulonum manus viz.

1. Quædam vitæ apud *Plutarchum* è Græco ſermone in Latin. tranſlatæ per varios.

2. Dialogus *Lapi Caſtellunculi* de commodis Curiæ Romanæ, vel incommodis potius: hoc enim ſibi propoſitum habet, vt tecta flagitia, non minus quã aperta facinora vrbis, & Curiæ Antichriſtianæ Romanæ, palam faciat.

3. *Antonius Tudertinus* in laudem vrbis *Florentiæ*.

4. Eiuſdem conſolatio ad quendam Cardinalem de obitu fratris ſui.

5. *Iannozij Mannetti* laudatio, *Ianuenſium*.

6. Tract. eiuſdem de Secularibus & Pontificialibus pompis. *Fuerunt & alia opuſcula, eodem aliíſq; viris doctiſſimis auctoribus; ſed hæc nobis, ac reipub. literariæ penitùs periiſſe, iniuria, vel potius ſcelus eſt hominum, non culpa temporum.*

117. *Suetonij* opera. Elegans eſt ſcriptura huius libri. In fine libri extant *Sidonij* verſus ſcripti in 12. Cæſares.

118. Opera *Titi Liuij* 3. vol. ea eſt pulchritudo literarum in his libris manu exaratis, vt cum libris quibuſcunque, ac vbicunque impreſſis poſſint merito contendere.

119. Hiſtoria *Egeſippi* abſoluta lib. 5.

120. Hiſtoria *Bruti*, Principium. *Cum mecum multa & de multis.*

121. *Eutropius & Mela.*

122. Concordantiæ Bibliæ.

123. Liber *Anonymi* de re medica, continens lib. 8. Principium. *Quia primos numeros.*

124. Gloſſa ordinaria & interlinearis in *Iohannem.*

225. *P. Lombardus* in Pſalmos; hoc verſus in fine libri videtur comprobare, verſus eſt euiuſmodi: Explicit hic Petri gloſſarum meta Magiſtri. Princ. *Cum omnes prophetas.*

126. 1. *Incerti auctoris* opuſculum. Princip. *Tria ſunt ſub omnipotentis.*

2. Vndecim Sermones *Caſarij* Epiſcopi ad Monachos.

3. Diuerſi Sermones *Auguſtini*, vt de humilitate, & obedientia.

4. Sententia *Nouati* ea de re.

5. Sermo de 10. chordis *S. Aug. Habes in hoc libro formam reſignationis Papatus Ioannis 23. in Concilio, deſcriptam tibi in fine huius vol.*

Liber antiquiſſimus Statutorum *Angliæ*, vt *Magnæ Chartæ*, & aliorum ſtatutorum *Gloceſtriæ*, & *Marleburgiæ* editorum. 127.

P. Bleſenſis de itinere *Hieroſolymitano*. 128.

2. Epiſtolæ eiuſdem.

1. Sermones *Vaſconici* de Temporali per Dominum de *Shepeia* excerpti. 129.

2. De ſanctis per eundem.

3. Sermones ea de re *Pariſijs* collecti.

4. Sermones *Io. de Shepeia.*

5. Sermones *Oxon.* collecti.

Quodlibeta doctoris ſubtilis. 130.

Inſtitutiones Iuris Ciuilis. 131.

Liber ſententiarum *Lombardi.* 132.

Liber cui tit. Diſcordantium Canonum concordia. 133.

Summa *Innocentij Quarti.* 134.

Gloſſa ordinaria in Apocalypſim. 135.

1. Conſtitutiones *Clementis* in Concilio *Viennenſi.* 136.

2. *Io. Andreæ* apparatus ſuper *Clementinis.*

Quæſtiones 21. Doctoris *Subtilis.* 137.

2. Appendix verſuum quorundam contra Monachos.

Liber Iuris municipalis (vt videtur) dictus *Regiſtrum.* 138.

Anonymus de pœnitentia. Princip. *Cum miſeratione Domini, Extant verſus elegantes & faceti in principio libri huius.* 139.

Broomyard in legibus: perſequitur ordinem Alphabeticum. 140.

Apparatus 6. li. Decretalium per *D. Io. Monachum.* 141.

Liber Statutorum Iuris municipalis conſimilis priori, vide vol. 127. 142.

Gregorius in Ezechielem. 143.

Sextus

Vol. *Tract.*

144. Sextus liber Decretalium *Tho. Abbatis.* Nota hæc verba præfixa libro. *Anno Dom.*1298. *Indictionē* 12.*die Mercurij,* 19.*die menſis Nouembris, in Eccleſia Fratrum Prædicatorum Oxon. fuit facta publicatio* 6.*lib.Decretalium.*

145. Sermones *Anonymi.* Princip. *Sicut ſocij eſtis.*

146. Liber Concordantiarum ſcripturæ.

147. Moralia *B.Gregorij* in Iob.

148. 1. *Nic.Lyra* in Iob.

2. In Prouerbia.

3. In Eccleſiaſticum.

4. In Sapientiam & lib.qui ſequuntur.

5. *Anonymi* tract. de doctrina cordis. Princip. *Præparate corda veſtra, verba ſunt Samuelis.*

149. Liber Theologicus *Anonymo* auctore. Princip. *Ieruſalem quæ de ſurſum eſt, mater noſtra dicitur propter tria.*

150. Liber alius Theologicus *Anonymi* imperfectus.

151. *Chryſoſtomus* in opere imperfecto.

152. 1. Tractatus *Anonymi* de pœnitentia. Princ. *Ne tardes conuertere, &c. Nota quæ,&c.*

2. Breuiarium *Bonauenturæ,* complectens ſeptem partes.

3. Sermo de paſſione Chriſti.

4. Tract.de 7.mortalibus peccatis & præceptis.

5. Ordo pœnitentiæ continens 114. cap.

153. 1. Soliloquia *Hugonis de S.Victore.*

2. Compēdioſa & vtilis ſumma Theologiæ.

3. *Hugo* de clauſtro materiali.

4. Tract. de Sacerdotibus & Prædicatoribus.

5. Tract.de Confeſſione, Pœnitentia & Sacramentis.

6. Sermones quidam *Euſebij,* vt videtur.

7. Tract. *Qui bene præſunt.*

8. Contenta ſuper quoſdam verſus notabiles.

9. Doctrina *S.Baſilij* Epiſcopi.

10. Tab.ſuper Speculum Sacerdot.

Tract. *Vol.*

11. Caſus reſeruati per fratrem *Ric. de Inſula.*

12. Quædam declamationes *Senecæ.*

Liber pertinens ad Ius Canonicum. 154.
Princip. *Cum vt ait Hieronymus.*

Repertorium *Anonymi.* Princip. *Ab-* 155.
ortum.

Anonymus de potentia Dei. Princip. 156.
Quæſtio eſt de potentia Dei.

Liber Theol. *Anonymi.* Tit.lib. *Dieta* 157.
ſalutis. Princ. *Hæc eſt via, ambulate in ea.*

Lectura in 1.libr. Decretalium ex- 158.
tracta à diuerſis doctoribus. *In principio libri, vel potius ante principium huius libri, extant quædam in laudem Iuris ciuilis acutè ſcripta.*

1. *Anonymi* liber diuinarum laudum. 159.
Prin. *Beatus vir &c. Auctores fuiſſe,&c.*

2. *Appendix de correctione Pſalterij ſecundum vſum Sarum.*

Poſtilla *Anonymi* in Parabolas *Sa-* 160.
lomonis.

Liber *Anonymi* Theolog. Princ. *In* 161.
medio,&c. In his verbis commendatur,&c.

Regulæ vel claues exponendi Sacr. 162.
Scripturam quas ponit *Nic.Lyra.*

1. Summa quæ vocatur *Numerale Gu.* 163.
de Montibus, vt eſt maximè probabile. Princ. *Deus vnus eſt.*

2. Alius *Anonymi* liber, cuius principium, *Dei dona.*

Phyſica Ariſtotelis. 164.

Gloſſa cōmunis & ordinaria in Pro- 165.
phetas.

1. Lectura *Tho. Alquini* ſuper 4.Sent. 166.

2. Diuiſio & commendatio S. Scripturæ.

3. Conſtitut. *Innocentij* 3.

4. *Gu.de Mandagoto de electionibus.*

5. Tabula ſuper Decretalia & Decreta.

Rob. Alington in Prædicamenta. 167.

1. Theologica miſcellanea; lib. char- 168.
taceus.

2. Errores *Armachani,* extracti per fratrem *Gu. Wideford; Doctorem Theologiæ.*

Anonymus Theologus. Princ. *Duplex* 169.
eſt.

Io,de

Vol. Tract.

170. 1. *Io.de Den vel Dew* ſuper lib. Decretalium.
2. De Miſſa & alijs rebus eodem ſpectantibus.
171. 1. Summa *Ric.de Montibus Lincol.Cancell.* Princ.lib. *Qui benè præſunt.*
2. Alius tract. Princ. *Dies autem appropinquat.*
3. Expoſitio fidei *Athanaſij.*
172. 1. Summa ſuper libr. Decretalium à *Damaſo* compilata.
2. Repertorium.
173. *Anonymus* Theol. Princ.libr. *O altitudo diuitiarum.*
174. 1. Quæſtiones *Clementinæ Io.P.22.*
2. Apparatus *Gu.de Monte Landuno.*
175. 1. Sextus liber Decretalium.
2. Apparatus per venerabilem virum D. *Io.Monachum,* Tit. *Sanctorum Marcellini &c.Cardinalem.*
176. 1. Compendium moralium dictorum *D.Hier.de Montagnone.*
2. Sermones quidam valde eruditi.
177. 1. Remediarium conuerſorum, auctore *P. Archidiacono Londinenſi.*
2. Exceptiones lib.10.Regiſtri *B.Gregorij.*
178. Liber comprehendens multas quæſtiones Theologicas.
179. *Editio vulgata* vulgò, ſed falsò *Hieronymo adſcripta.*
180. 1. *Doctor de Lyra* ſuper totum Nouum Teſtamentum abbreuiatus, cum quotationibus epiſtolarum, euangeliorum & capitulorum, ſicut leguntur in Eccleſia.
2. Argumenta omnium librorum totius Scripturæ per *P.de Auriolo,* breuis ſed vtilis tractatus.
181. 1. Eclogæ *Io.Bocatij.*
2. Eclogarum intentiones.
3. Itinerarium ad ſepulchrum Domini *Fr.Petrarchæ.*
4. Verſus *D. Bocatij* ad *Aphricam Fr. Petrarchæ.*
5. Intentiones eclogarum *D. Fr. Petrarchæ.*
182. 1. Libri 4.Dialogorum *B.Gregorij.*

Tract. Vol.

2. Multi Sermones eiuſdem, vt creditur.
Liber Sentent. *P. Lombardi.* 183.
Gloſſa vulgata & interlinearis in epiſtolas Pauli. 184.
1. *Auguſtini* de Ciuitate Dei, libri qui ſuperſunt ab 11.ſuperius aſcendendo. 185.
2. Summa *M.Odonis de Celithon,* fortè *de Cereton,*
1. *Lincolnienſis* de oculo Morali. 186.
2. Sermones de Sanctis.
1. Ars conferendi & dilatandi Sermones per *Anonymum.* 187.
2. Liber *Boetij* de diſciplina Scholarium.
Summa *Raymundi* de Caſibus. 188.
Pars tertia moralium *B.Gregorij.* 189.
1. *Anonymus* de pœnitentia & alijs. 190.
2. Prouinciales quædam conſtitut.
Summa aurea *Io.Andreæ,* dicta *Roſciobriſa.* 191.
Poſtillæ ſuper Mathæum ſecundum doctorem. Princ. *Similitudo vultus.* 192.
Inſtitutiones *Iuſtiniani.* 193.
Liber Iuris Canonici. Princ. *Cum ab initio.* 194.
Biblia vulgatæ editionis. 195.
Gu.de Mandagoto de electionibus. 196.
Liber *Anonymi* ex Concilijs. Princ. *Ius autem diuinum eſt.* 197.
Clementinæ & Conſtitut. *Ioannis.* 198.
Liber diſtinctionum *Anonymi.* Prin. *Abicere ſecundum Auctorem.* 199.
Liber de praxi Iuris Canonici, *Imperfectus.* 200.
Liber primus *Thomæ.* Princip. *Ego ſapientia.* 201.
Tho. Aquinas in 3.Sententiarum. 202.
Gregorius de Arimino in 1. Sentent. *Qui legit Pariſius Anno Dom.1344.* 103.
Auctoritates, per *Anonymum* quendam extractę de libris philoſophorum, & alijs diuerſis materijs. Princip. *Cum omne quod appetitum.* 204.
Quæſtiones Theologicæ *Anonymi.* Princ. *In ſecunda generali diſputat.* 205.
Repertorium *Gu.Durandi.* 206.
Diſtinctiones *Anonymi.* *Præfixi ſunt* 207.

libro

Vol. *Tract.*

libro verſus quidam perquam faceti & elegantes, de moribus puerorum & aliorum ad menſam ſedentium informandis & inſtruendis.

208. Poſtilla *Lyræ* (vt videtur) ſuper Prophetas. Princ. *Ieruſalem &c. Dicit Hieronymus in prologo.*

209. Gloſſa ordinaria & interlinearis in Prophetas minores & Iob.

210. 1. Apparatus *Io. Aton* ſuper conſtitut. *Othonis & Ottoboni* quondam legatorum in Anglia.
2. Concluſiones *Gu. Horbach* Decretorum doctoris.

211. Sex diſputationes *H. de Gandauo* de quæſtionibus.

212. Sanctorum vitæ etymologicè tractatæ. Princ. *Andreas interpretatur.*

213. Liber notarum Theologicarum *Anonymi.*

214. *Gregorius* in lib. Iob. à libro 15. ad 35.

215. Poſtilla *Anonymi* ſuper Mathæum. Princ. *Anima mea &c. In his quadrigis.*

216. *Chryſoſtomus* in opere imperfecto.

217. Libri 15. moralium *B. Gregorij* in Iob.

218. Prima pars Summæ *S. Thomæ.*

219. Libri quatuor Theologici *incerto auctore.* Princ. *Veteris ac nouæ legis.*

220. *Io. Chryſoſtomus* de opere imperfecto in Mathæum.

221. Incipit *Ala prima* quæ *Anglica* dicitur, de vitijs in epiſtolis, *Auctore Magiſtro Guidone Follæ.*

222. Liber quartus Sentent.

223. *P. Trecenſis* in Bibliam.

224. *Auguſtinus de verbis Apoſtoli.*

225. Commentarius *Anonymi* in Iſaiam.

226. *Doctor Altiſſiodorenſis* ſuper lib. Sentent.

227. Liber epiſtolarum *P. de Vineis.*

228. *Holcot* ſuper Sapientiam.

229. Speculum hiſtoriale *Vincentij.*

230. Speculi eiuſdem pars prima.

231. Sanctorum Patrum collationes, auctore *Io. Monacho Bethleemitico*, qui etiam *Caſſianus* dictus eſt.

232. *Auctor* imperfecti operis ſuper Mathæum. Pr. *Sicut referunt Mathæum.*

Tract. *Vol.*

1. *Auguſtini* de Trinitate lib. 15. 233.
2. *Anſelmus* de libertate arbitrij capite 14.
3. De caſu Diaboli cap. 14.
4. De incarnatione Verbi.
5. Cur Deus homo lib. 2.
6. De conceptu virginali & originali peccato, cap. 29.
7. Monologion cap. 79.
8. Proſologion cap. 25.
9. Tract. qui ſic incipit *Dubitanti.*
10. De proceſſione Spiritus ſancti capite 52.
11. De concordia præſcientiæ prædeſtinationis & gratiæ Dei cum lib. arbitrio.

Liber *Anonymi* de vita Chriſti. Prin. *De plenitud.* 234.

Expoſitio *Anonymi* in epiſtolas *Pauli* ad Cor. 235.

Alia expoſitio *Anonymi* in eaſdem. Pr. *A Corintho ciuitate.* 236.

Cowton ſuper 3. & 4. Sent. 237.

1. *Pariſienſis* contra exemptiones; & continet 26. capitula. 238.
2. Tract. qui dicitur, *Viridarium humanæ conſolationis.*
3. Compilatio quædam de notabilibus S. Scripturę & Theologię. Pr. *Nota quod quando quæritur.*
4. Verſus ſupra totam Bibliam à Geneſi ad Apocalypſim vſque.
5. Tract. bonus contra vſurarios.

Diſtinctiones *Nicolai de Byart.* 239.

1. Tract. de Logica *Anonymo* auctore. 240.
2. *Boetius* de modo ſignificandi.

1. *Bonauentura* in 1. Sent. 241.
2. *Hales* ſuper ſecundum.

Luctator ſuper librum vrinarum. 242.

Quodlibeta *Doctoris Subtilis* cum tabula perampla, liber magnus, & benè ſcriptus. 243.

Anonymus de medicina. Princ. *Inquit Philoſophus qui ſcientiam viuificauit.* 244.

1. *Lincolnienſis* ſuper lib. Poſteriorum. 245.
2. *P. de Aluernia* ſuper librum Meteororum.

3. *Com-*

Vol. *Tract.*

3. *Commentator* ſuper lib. de generat. & corruptione.
4. *Albertus* de œconomia *Ariſtotelis*.
246. 1. Liber Sermonum cuiuſdam *Anonymi*, Princ. *Iordanis ripas &c. Sicut dicit Aug.*
2. Alius Tract. qui ſic incipit. *Quoniam prouida ſolertia eſt morte.*
247. Dictionarium *Papiæ*.
248. *Fiſhacre* in Pſalmos. *Imperfectus in principio.*
249. *Remigius* in Pſalmos; hoc conijcio, & conijcio tantum, quia deeſt principium eius libri.
250. 1. *Ambroſius* de bono mortis.
2. De virginitate.
3. De lapſu virginis.
4. De viduis.
5. Hexameron *S. Baſilij* hom. 9.
6. Liber Hexameron *Ambroſij*.
7. Liber *Auguſtini* qui Græcè dicitur Hexameron de Geneſi ad literam.
8. De doctrina Chriſtiana.
9. Quoddam opus *Io. Chryſoſtomi*. Pr. *Pictores imitantur.*
10. Liber *Auguſt.* vnde malum, ſiue de Libero arbitrio.
11. Liber de moribus Eccleſiæ.
12. De moribus *Manichæorum*.
13. De mirabilibus S. Scripturæ.
14. Muſica *Auguſtini*.
15. Contra aduerſarium Legis & prophetarum.
16. Contra *Pelagianos* hæreticos.
17. *Gregorius Nyſſenus* de conditione hominis.
18. *Aug.* de natura boni.
19. *Rogerus Monachus S. Edmundi*, de expoſitionibus vocabulorum Bibliæ.
251. Liber intitulatus *Vitæ*, vel *Flores Sanctorum*: Pr. *Vniuerſum tempus præſens*. Incipit à *Sancto Andrea*, & prouehitur vſque ad *S. Pelagium*.
252. *S. Thomas* ſuper 2. Sent.
253. Liber Decretalium vel Decretorum.
254. *Gerardi Odonis* expoſitio in Ethica *Ariſtotelis*.

Tract. Vol.

1. Summa *Pariſienſis* de vitijs. 255.
2. Sermones varij.
Henrici de Gandauo Quodlibeta, liber maximus. 256.
Anonymi expoſitio in Pſalmos. 257.
Dominus Doctor Io. Andreas in Decret. 258.
1. Octo libri Reuelationum *B. Brigittæ Principiſſæ Nericiæ*, de regno *Sueciæ* diuinitus reuelatarum. 259.
2. Liber de excellentia glorioſæ virginis.
3. Epiſtola ſolitarij.
4. Multa alia ſequuntur non minus ſuperſtitioſè ſcripta, vel ficta potius, quàm priora.
1. Tabula dictorum *D. Lincoln*. 260.
2. Dicta eiuſdem.
3. Notabilia excerpta de dictis *D. Lincoln.*
4. Vita *D. Lincoln.*
5. Tract. de 7. venenis.
6. Poſitio contra Papam.
7. *Innocentius* de contemptu mundi, & miſeria hominis.
7. Meditationes *Bonauenturæ* de paſſione Domini.
8. Meditationes *Bernardi*.
9. Compilatio, docens quid communius & vtilius continetur in vnoquoque capitulo totius Bibliæ.
Tullius de finibus bonorum & malorum. 261.
Liber auctore *Iohanne* neſcio quo; ſcilicet Dialogus inter *Literam & Iohannem*. Pr. *Quid agimus litera.* 262.
Hiſtoriæ Scholaſticæ vol. 1. 263.
Θεοδώρε γραμματικῆς εἰσαγωγῆς τῶν εἰς τέσσαρα τὸ πρῶτον. Liber chartaceus. 264.
Gloſſa vulgata & interlinearis in Euangelium Iohannis. 265.
Sententiæ in Apocalypſin, incerto auctore. Pr. *Accipe Beatiſſime frater.* 266.
1. *Orationes Philip. Tullij.* 267.
2. *Seneca* de beneficijs, & de clementia ad *Neronem*.
Homilia *Io. Chryſoſtomi* ſuper Math. 268.

Vol. *Tract.*

in opere imperfecto.

269. 1. *Gerſon* de poteſtate Eccleſiaſtica.

2. Propoſitio Ambaxatorum *Regis Angliæ* contra *Gall.*

3. Auctoritates ab Vniuerſitate *Pariſienſi* determinatæ.

4. Tract. de reformat. Eccleſiæ *Cardinalis Cameracenſis.*

5. Tract. compoſitus per Epiſcopum *Atrebatenſem*, pro parte Ducis *Burgundiæ* quod licitè fecit occidi Ducē *Aurianenſem.*

6. Tract. Cardinalis *Camerac.* de Eccleſiaſtica poteſtate.

7. Tract. vtrum Papa ſubijciatur Concilio generali.

8. Tract. de laude glorioſorum virorum & maximè zelatorum fidei.

9. Materia reſponſ. ad tract. *Atrebaten*, ſuper interfectione Ducis *Aurel.*

10. Poſtremò conſideratio circa poteſtatem eligendi Papam. *Fuerunt & alia opuſcula ſcitu digniſſima, ſed (proh dolor) à blattis & tineis penitus conſumpta ex negligenti cuſtodia huius libri & aliorum, ab eo cuius intererat.*

270. Liber Græcus, incerto auctore, obtruncatus, & mutilatus vehementer à peſſimis nebulonibus.

Tract. Vol.

Munuſc. noui anni *Bernardi Andreæ.* 271.

Tranſcriptum exemplar *Beſſarionis* de Sacramentis Euchariſtiæ. 272.

Pſalterium gloſſatum per *Anonymum.* Pr. *Cum omnes Prophetas.* Verſus in fine libri, 273.

Explicit hic Petri Gloſſarū meta Magiſtri, probat fuiſſe opus *P. Lombardi.*

Bartholus ſuper ſecundam partem §. Noui. 274.

Inſtitutiones *Iuſtiniani.* 275.

Gloſſa ordinaria & interlinearis in omnes epiſtolas Pauli. 276.

Gorham in epiſtolas *Pauli*, ingens volumen. 277.

Nonnulla opuſcula *Plutarchi* Gr. 278.

Prothodoxmius in Decreta vol. 2. 279.

Liber Epiſtolarum & homiliarum cuiuſdam *Anonymi.* 280.

1. *Lincolnienſis* de lingua & corde, ſequitur ordinem Alphabeticum. 281.

2. *Fr. Mayro* ſuper 4. lib. Sent.

3. Tabula ſiue diſtinctiones *Ianuenſis.*

1. *Cicero ad Herennium.* 282.

2. Theologia Magiſtri *P. Abelardi.*

Simplicius vel *Ammonius* Græcè in *Ariſtotelem.* 283.

Doctor Subtilis de primo principio. 284.

Alex. Necham in Cantica. 285.

Libri Manuſcripti, extantes in Bibliotheca *Collegij Mertonenſis Oxoniæ.*

1. Gloſſa ordinaria & interlinearis in Pſalmos.

2. *Thomas* in ſententias.

3. 1. *S. Thomas* ſuper 2. Sent.

2. *Rich. de Media villa* ſuper 1. Sent.

4. Secunda Secundæ *S. Tho. Aquinatis.*

Prima pars Secundæ Thomæ.

5. Summa *S. Thomæ.*

6. Prima pars eiuſdem.

7. Eiuſdem libri exemplar aliud.

8. Liber qui dicitur Quęſtionum ſum-
9. ma, eodem Thoma auctore. Pr. *Ego*
ſapientia &c. Inter multas ſent.

10. Corruptoriū *S. Tho.* cum multis alijs.

Cowton ſuper Sent. 11.

Diſputationes *Thomæ* & *Pecchami.* 12.

Anonymi quæſtiones de veritate. 13.

Thomas de fide Catholica contra Gentiles. 14.

Quæſtiones *ſubtilis Doctoris* ſuper 1. Sent. 15.

Idem ſuper 2. Sent. ſcriptus per *Io. Reynbold Almanum Anno D.* 1452. 16.

Lectura ſuper 3. in lib. Sent. in Vniuerſitate Oxon. & Pariſijs. 17.

Lectura ſuper 4. liber imperfectus; deſunt nonnulla. 18.

Lectura *Doctoris Subtilis* in Vniuerſitate 19.

Vol. *Tract.*

ſitate *Pariſienſi* ſuper 1. Sentent. ſcilicet *Doctoris Io. Duns nati in quadam villicula parochiæ de Emyldon, vocata Dynſtam in Comitatu Northumbriæ.*

20. 1. Abbreuiatio ſuper repertorium Doctoris ſubtilis.
2. Quæſtio de bona fortuna.
3. Quæſtio vtrum Paradiſus ſit locus conueniens habitationi hominum.

21. 1. Quodlibeta *Doctoris ſubtilis.*
2. Quæſtiones & alia nonnulla.

22. Tabula quæſtionum.

23. Lectura *Io. Scoti* ſuper Sententias.

24. Magiſtri Sententiarum.

25. *Anonymus* in Sent. Pr. *Veteris & nouæ legis.*

26. Frater Pater de *Tharum* ſuper Sent.

27. Poſtilla *Anonymi* ſuper Apocalypſin Pr. *Vidit Iacob &c. Quatuor cauſæ.*

28. Sermones de Dominicalibus & Euangelijs ſecundum vſum *Sarum, per Doctorem Pariſienſem.*

29. Tract *Pariſienſis, Cur Deus homo,* cum alijs opuſculis eiuſdem.

30. *Bonauentura* ſuper 3. & 4. Sent.

31. *Occham* ſuper Sententias.

32. 1. Tractat. *Occham* de corpore Chriſti.
2. Varij tract. *Aegidij.*

33. Libri 48. *Bonauenturæ.* Pr. *Profunda fluuiorum.*

34. *Bonauentura* ni fallor in 2. Sent.

35. *Durandus* ſuper Sent. & immediatè poſt tertium librum ſequitur tractatus, oſtendens in toto vniuerſo vnum tantum eſſe principium. Pr. *Vnum vniuerſorum.*

36. 1. Summa *B. Anſelmi* (niſi error forte ſit in nomine) ſuper 4. lib. Sent.
2. Inſtitutiones *Simonis Tornacenſis* in ſacram paginam.

37. *Fr. Mayro* in Sent.

38. Conflatus *Fr. Mayronis. Liber Domus Scholarium de Merton Oxon. Emptus An. Dom. 1431. quando maximè floruit ſchola Pariſienſis.*

39. Quæſtiones & Sermones eiuſdem.

40. *Holcot* ſuper Sent.

41. 1. Liber qui vocatur *Manipulus florum.*

Tract. Vol.

2. Liber tabularum quæ deſeruiunt gloſſæ communis.

1. Chronica *Ceſtrenſis.* 42.
2. *Iacobus de Vitriaco* de hiſtoria *Hieroſolymitana.*
3. *Chryſoſtomus* de compunctione l. 2.
4. *Beda* de imagine mundi.
5. *Ambroſius* de conſecratione Eccleſiarum.
6. Sermo eiuſdem de obſeruantia Epiſcoporum.
7. *Ambroſius Ireneo* ne mulier virili veſte vtatur.
8. Idem Orontiano.
9. *Bernardus* de laudibus *Mariæ.*
10. Liber qui dicitur *Paradiſus* in vitas Patrum.

Anonymus ſuper Sent. 43.

Warham ſuper Sent. 44.

Inceptorium *Cowton* ſuper 1. li. Sent. 45.

Iacobi de voragine (vt videtur) ſermones mendici, & alij. Pr. *In nomine Domini Amen.* 46.

Kilwarby ſuper Sent. 47.

Cowton ſuper Sent. 48.

Hiſtoria Scholaſtica. 49.

Flauius Ioſephus in textu libri de bello *Iudaico,* liber eleganter ſcriptus. 50.

Speculum temporale 4. pars ſpeculi hiſtor. 51.

1. Excerpta *Iuonis Epiſcopi Carnotenſis;* in primis de geſtis quorundam Regum *Aſſyriorum,* & de geſtis omnium *Romanorum* Imperatorum ad *Carolum Magnum* lib. 6. 52.
2. *Chronica Bedæ.*

Hiſtoria *Hieroſolymitana* ſecundum Magiſtrum *Iac. de Vitriaco.* 53.

Tres partes hiſtoriæ naturalis & moral. 54.

Euſebij Hieronymi Chronica pulcherrimè ſcripta. 55.

Scholaſtica hiſtoria. 56.

Libri Etymologiarum *Iſidori.* 57.

Liber hiſtoriarum partium orientis, quem ego *Nic. Falcon* ſcripſi primo gallico idiomate, & de Gallico tranſtuli *Anno* 1300. 58.

Vol. *Tract.*

59. Libri 12. hiſtoriæ *Ioſephi* de bello *Iudaico.*

60. Liber, Polychronicon.

61. *Hugo de Vienna* ſuper Pſalterium.

62. Eiuſdem libri exemplar aliud, ſed imperfectum.

63. Tria alia volumina eiuſdem.

64. *Hugo de Vienna* in Apocalypſin.

65. Idem ſuper *Eccleſiaſticum.*

66. Tractatus de confeſſione & abſolutione per quendam *Anonymum*, factus virtute priuilegij conceſſi fratribus.

67. Gloſſa ordinaria & interlinearis in omnes epiſtolas Pauli.

68. 1. Eccleſiaſtica hiſtoria *Euſebij.*
2. Epiſtola *Rob. Groſthead* contra Papam.
3. Tabula ſuper Speculum hiſtoriarum.

69. Libri quidam *Galeni.*

70. *Martiani Minei Felicis Capellæ* libri de nuptijs Philologię, li. 9. bene ſcripti.

71. *Iulij Cæſaris* commentarij.

72. Perſpectiua *Vitellionis*, lib. magnus.

73. Tabulæ *Arzahel*, & alia aliorum opuſcula.

74. Liber Chronicorum de cōdictione vrbis *Romæ*, & de *Pontificibus* & de *Imperatoribus*, *Martini Pænitentiarij* & *Capellani.*

75. *Nic. Triuett* in annales Regni *Angliæ*, qui à Comitibus *Andegauenſibus* ſuam traxerunt originem, ſecundum lineam maſculinam.

76. 1. Chirurgia *Rogeri Salernitani.*
2. Libri nonnulli *Galeni.*
3. *Copho* de vrinis.
4. Liber Theologicus, incerto Auctore. Pr. *Fides eſt ſubſtantia.*

77. 1. *Roſa* medicinæ.
2. *Arnoldus de villa Noua* de vrinis.
3. *Hippocrates* de ſolut. & ſignis mortis.

78. Concordantia Philoſophiæ & medicinæ, ex omnibus auctoribus. Progreditur auctor (quiſquis is fuit) ſecundum ordinem Alphabeticum.

79. 1. Iſagoge *Iohannicij.*

Tract. Vol.

2. Aphoriſmi *Hippocratis.*
3. *Conſtantinus Aphricanus*, de anatomia ſtomachi, &c.

Albertus de animalibus. 80.

Theiſer Album: in practica medicinę. 81.

1. Paſſionarium *Galeni.* 82.
2. *Senecæ* quæſtiones naturales.

Compendium medicinæ per *Gilbertum.* 83.

Almaſoris opera nonnulla. 84.

Commentarius ſuper 3. lib. *Hippocratis.* 85.

Prima pars Repertorij ab *A.* vſque ad *E.* 86.

Ariſtoteles de hiſtoria animalium. 87.

Ethica, Rhetorica, & alia opera *Ariſtotelis.* 88.

Aliud exemplar libri de Animalibus. 89.

1. Metaphyſici libri *Ariſtotelis*, & alia opuſcula. 90.
2. Liber de bona fortuna.
3. Epiſtola *Alexandri* ad *Ariſtotelem.*
4. Liber dictus *Secreta Secretorum.*

Buteonis commentarij. 91.

Varij tractatus *Lincoln.* & aliorum. 92.

1. *Seneca* de 7. liberal. Artibus. 93.
2. Prouerbia eiuſdem.
3. De prudentia Dei ad *Lucillum.*
4. De quatuor virtutibus.
5. De cauſis lib. 6.
6. De clementia.
7. De beneficijs lib. 7.
8. Tragediæ *Senecæ.*

1. Alia opera eiuſdem *Senecæ* vt ludi *Senecæ* & de obitu *Claudij.* 94.
2. *Tullius* de officijs.
3. De paupertate. *Titulum huius libri animaduerti: verti autem librum multoties, ſed ipſum tractatum videre non potui.*
4. De Senectute.
5. Paradoxa.

Tho. Aquinas de Anima. 95.

Thomas in *Ariſtotelem* 2. vol. 96.

Io. de *Dombleton* de logica, & naturali Philoſophia. 97.

1. Logica *Algazelis.* 98.
2. Phyſica *Auicennæ.*

3. Commen-

Vol.	*Tract.*

3. Commentarij in parua Naturalia.
4. *Ferrandus* de ſubſtantia orbis.

99. Logica *Algazelis*, magnum volumẽ.

100. *Occham* ſuper lib. Phyſicorum.

101. *Aegidius Rom.* in lib. de Gen. & Corruptione.

102. 1. *Kilwarbius* in *Ariſtotelem*.
2. *Aegidius* in *Ariſtotelem*.
3. *Lincolnienſis* in *Ariſtotelem*.

103. *Aegidius* ſolus in *Ariſtotelem*.

104. *Boetius* de diſciplina Scholarium, cum expoſitione de *Whettelay*.

105. *Lincolnienſis* ſuper Phyſica.

106. *Alexander* ſuper Phyſica *Ariſtotelis*.

107. Liber de Regimine Principum, editus à fratre *Aegidio* Romano.

108. Logica *Damaſceni*.

109. 1. Sententiarum *Damaſceni* lib. 4. à *Burgundione Iudice, ciue Piſano*, de Græco in Latinum ſermonem tranſlati.
2. Logica eiuſdem.
3. Elementarium.
4. De duabus naturis & vna hypoſtaſi.
5. Triſagium eiuſdem.
6. *Boetius* de Trinitate.
7. Contra *Eutychen* & *Neſtorium*.
8. De duabus naturis, & vna perſona in Chriſto.
9. De vnitate & vno.

110. Logica *Themiſtij*, & aliorum.

111. Quatuordecim *Quodlibeta* magiſtri *Goddofridi de Fontibus*, & orationes ordinariæ.

112. *Anonymus*, forſitan *P. de Aluernia* in Phyſica.

113. 1. Tractatus bonus de iſto. An Dominus noſter aſſumpſit miſeriam mendicandi ab homine.
2. *Auguſtinus* de *Anchona* de poteſtate Eccleſiaſtica, cum optima tabula. *Vide* quædam iua fortaſſe non indigna conſpectu ante exordium huius libri.

114. *Albertus* de quatuor coæuis operibus 6. dierum, & de anima, & de virtutibus Cardinalibus.

115. Summa magiſtri *Gerardi*.

116. *Tho. Walden* de Sacramentis. *Tit. libri in dorſo, Contra Wiclef & ſuos ſequaces.*

Tract.	Vol.

1. Opuſcula quædam *Ric. de Media villa*. 117.
2. Expoſitio *Bedæ* in Marcum. *Obſerua quædam ſcripta in calce huius libri idiomate Gallicano, de Patriarcha Hieroſolymitano.*

1 *Anonymi* tract. de 7. vitijs capitalibus. 118.
2. Liber *Acephalus* de virtutibus moralibus, & S. Scriptura, rebuſque alijs.

Commentarius *Anonymi* in Catonem. Tit. libri *Speculum regiminis*. 119.

Liber continens orationes quaſdam Theologicas. Pr. *Dominus Petra, &c. Ariſtoteles & ſcientiæ,* 120.

Albertus in Ariſtotelem. 121.

Holcot in Sapientiam. 122.

1. Diſtinctiones *Holcot*. 123.
2. Tract. de vſura.
3. Compendium. Pr. *Aurioli de literali ſenſu diuinæ ſcripturæ.*
4. Determinatio *Nic.* de *Lyra*, de aduentu Chriſti.
5. Sermones Dominicales.

Nottingham ſuper Euangelia 2. vol. 124.

Compendium *P. Aurioli* ſuper Bibliam. 225.

Tabula expoſitionum ſuper totam Bibliam, incerto auctore. 126.

Vida in Threnos Hieremiæ. Hoc opus completum eſt anno Dom. 1460. 127.

Quæſtiones *H.* de *Gandauo* de Deo 2. vol. ijſque benè magnis. 128.

Speculum Prælatorum, ac religioſorum & Parochialium Sacerdotum. 129.

Expoſitio in Prouerbia, & ſic deinceps in reliquos libros qui ſequuntur ordine ſuo, inſtar gloſſæ, incerto auctore. 130.

Expoſitio in Pſalmos, per *Petrum Priorem* Eccleſiæ *Floreffienſis*. 131.

Liber de figuris Bibliæ moralizatus, ſecundum fratrem *Berchorium*. 132.

Reductorium morale, in quo moralizantur quaſi omnes figuræ Bibliæ. In fine libri hæc ſcripta ſunt. *Explicit liber* 133.

Vol. *Tract.*

ber reductorij moralis quod in Auinione fuit factum, Pariſijs verò correctum & tabulatum. Anno 1342.

134. 1. *Poſtillator* in Lucam Pr. *Vidi & ecce quatuor quadrigis.*

2. Diſtinctiones *Byardi*; cum tabula, tractatus *perutilis Concionatoribus.*

135. 1. *Pariſienſis* ſuper Epiſtolas.

2. De vitijs & virtutibus abbreuiatus, & vocatur *Speculum beatorum.*

3. Speculum *B. Bernardi*, explicatum 3. libris.

4. Speculum, ſiue libellus de emendatione vitæ Chriſtianæ, opus *Ric. de Hampoole heremitæ.*

5. *Damaſcenus* de Orthodoxa fide.

136. Pantheologia de rationabilibus.

137. 1. Verſus de Monacho captiuo, cum multis ſermonibus.

2. Exceptiones *Iſidori* de diuerſis virtutibus.

3. Expoſitio miſſæ per verſus.

4. Itinerarium *Hieroſolymitanum.*

5. Deſcriptio ſanctorum locorum.

6. Excerptum ex Geſtis Regum Francorum.

7. Vita *Gulielmi* Regis Angliæ & Epitaphium.

8. Hiſtoria *Apollonij Tyrienſis.*

9. *Gildas* de *Britanniæ* excidio.

10 Prophetia *Merlini.*

138. Pantheologiæ 2. vel 3. pars, hoc enim incertum eſt.

139. Poſtilla *Fratris Gu. de Lyſſo.* ſuper 12. minores prophetas.

140. *Auguſtini* opera quædam & poſtille.

141. *Dieta ſalutis*; Opuſculum *Hugonis* de *S. Victore.*

142. Tabula *Doctoris Triuet* ſuper Allegorijs *Guidij Metamorphoſeos*, cum alijs multis.

143. 1. Meditatio *Bonauenturæ*, de adoratione Latriæ & *Duliæ.*

2. Vita Apoſtolica.

3. De proprietatibus rerum.

4. *Palmerus* de adoratione imaginum, & originali peccato.

5. *Alington* de adoratione imaginum.

Tract. Vol.

6. *Thomas* de iudicijs Aſtrorum.

7. De obſeruatione Sabbati.

8. Originalia Bibliæ.

9. Stimulus conſcientiæ, auctore *Hampoole.*

10. Quæſtiones *Nottingham* de oratione Dominica.

11. Regula viuendi.

12. Tract. *Io. Eyton, Oxon.* de vſura.

13. *Butler* contra Tranſlationem Anglicanam.

14. *Waldbie* ſuper ſymbolum fidei cum alijs.

Gloſſa in Euangelia edita à P. *Cantore.* 144.

Summa *Gu. Altiſſiodori.* 145.

Summa totius Bibliæ in carmen redactæ. 146.

Opera quædam *Nic. Triuet.* 147.

1. Ordo miſſæ vel Speculum Sacerdotale. 148.

2. Opus cuiuſdam Archiepiſcopi *Cantuar.* dedicatum *Henrico Regi Anglorum.*

3. Rationale diuinorum officiorum.

4. Quæſtiones *Doctoris Subtilis*, & multa alia.

Liber Ruralium commodorum, P. de *Creſcentijs.* 149.

1. Sermones notabiles de Sanctis & de Temporali, per circulum anni collecti, 4. vol. 150.

1. Dicta *Lincolnienſis* cum tabula. 151.

2. *Chryſoſtomus* ſuper Mathæum.

3. Homilia quædam *Gregorij.*

Warbam ſuper Sententias. 152.

Anonymus in Sent. Pr. *Quia ſaluator noſter Deus.* 153.

Iſagogicum *Alexandri Necham.* 154.

1. Expoſitio *Aegidij* ſuper lib. *Ariſtot.* de bona fortuna. 155.

2. Expoſitio ſuper 4. meteororum.

3. Tract. de Theriaca.

4. *Fernandus* in *Ariſtotelem.*

Liber Theologicus incerto Auctore. 156.

Liber cui titulus, *Ars directoria Iuris.* 157.

1. *Lincol-*

Vol. Tract.

158. 1. *Lincolnienſis* de oculo morali.
2. Tract. de admonitione *B. Ieronymi* Presbyteri, & ſtatim poſt ſequitur expoſitio Euangelij, *Ductus eſt Ieſus in deſertum.*
3. Alphabetum narrationum.
4. Liber Dialogorum Gregorij.

159. Liber chartaceus de quæſtionibus, *Anonym. In fine libri notantur articuli reprobati tanquam erronei, à Magiſtro Theologiæ Oxon. An. D.* 1314.

160. 1. Dialogi *Gregorij P.* vrbis Romæ.
2. Lincoln. de oculo morali.
3. De ceſſatione legalium.
4. Aliud opuſculum eodem *Lincolnienſi* auctore.

161. 1. Sermones in Epiſtolas & Euangelia, incerto auctore. *Pr. Hora iam nos, &c. volentibus tranſire mare.*
2. Alphabetum *Symonis Boraſton* de vocabulis prædicabilibus.
3 *Lincolnienſis* de oculo morali.

162. Liber Grammaticalis *Acephalus.*

163. 1. *Lincolnienſis* de lingua,
2. Reſponſio *Lyræ* ad quendam *Iudæum*; vtrum per Scripturas à Iudæis recitatas, poſſit probari myſterium Chriſti eſſe iam completum.
3. De priuilegio virginali.
4. *Albertus* de muliere forti.
5. *Apuleius* de Deo *Socratis.*
6. Liber incerto auctore, de viſione diuinæ eſſentię, ab animabus à corpore ſeparatis.

164. Diſtinctiones *Pariſienſis.*

165. Legenda Sanctorum.

166. 1. *Ianuenſis* ſuper hiſtorias Bibliæ.
2. *Holcot* ſuper lib. Sapientiæ.

167. Sermones *Ianuenſis* operis quadrageſimalis, compilati ab eodem, Anno Dom. 1286.

168. 1. *Dionyſius* de cœleſti Hierarchia.
2. Diuinis nominibus.

169. 1. Frater *Thomas* ordinis Prædicatorum, *Anglicus, in Aug. de Ciu. Dei.*
2. *Lactantius* de cauſis falſorum errorum religionis.
3. De ira Dei.

Tract. Vol.

4. Formatione hominis.
